

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

tionis gratiâ, ut nempe discernatur à fundamento *essentia*li, *vel personali*; siquidē *Christus* ratione *personae* suae fundamentum *Ecclesiae* sit, cui tanquam *petrae* innituntur *fideles*, atq; *Ecclesia* *universa* ceu *domus DEI* viventis *1. Tim. III, 15*, sustentans & conservans universum *Ecclesiae* aedificium, quā ne *porta inferorum* quidem evertere valent. *Matt. XVI, 17* Dogmaticum illud fundamentum ita paulo plenius habet: Quod nempe *Jesus* sit *Filius DEI* à *Patre* salutis generis *humani* causa missus in *mundum*, *carnem* nostram *vel naturam* humanam inductus, ut & peccata nostra expiaret, & legem *divinam* pro nobis impleveret, ut per *fidem* in ipsum remissionem peccatorum *justitiam* & *salutem* aeternam consequamur. In quo *fundamentali* dogmate, *vel dogmatico* fundamento hæc *speciales* doctrinae comprehenduntur, tum de *DEO* salutis nostrae *autore*, ratione *essentiae* & *voluntatis* gratiæ, seu *gratiæ* *divinae*, ejusdemq; *universalis* erga *totum genus humanum*, tum de *Christo* *Mediatore* inter *DEUM* & *homines* ejusdemq; & *personam*, & *officio* *mediatorio*, cujus ergo & *peccata* nostra in se suscepit, ut *passione* ac *morte* suâ pro nobis satisfaceret, eorumq; *remissionem* nobis impetraret, & *legi* pro nobis se *subjecit*, ut eandem *vice* nostrâ impleveret, *eiusq; justitia*, *vel obedientia* nobis donari posset: tum de *fide* *justificante*, qua *fiduciam* in *DEI* *gratiam* collocamus iatuita μεσσιτίας *Christi*, quod *DEUS* velit nobis ex *gratia* remittere peccata omnia, modò in *Christum* credamus, hoc est, *eius* tum *satisfactionem* pro peccatis nostris, tum *justitiam* *vel impletionem* *legis* pro nobis *prestitam* apprehendamus, nobisq; applicemus, ut *obedientia* *eius* *activa* pariter & *passivâ* *justi* *constituamur*, & *aeternam* *salutem* consequamur. Quam *fidem* servare oportet ne per *hæresin*, aut *peccata* *mortalia* eâdem excidamus, & pereamus.

“ V. 12. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τῶτον χρυσοῦν, ἀργύρου, λίθους, ἕνδρα, ξύλα, χόρτον, καλάμην.

“ Fingit sibi aedificium Paulus partim Regale, partim Rusticum: Quia quancquam tale fieri moris non est, tamen naturæ non repugnat, & id requirit ἀπόδοσις. Proponit ergo nobis domum, cujus parietes sint ex marmore, columnæ partim ex auro & partim ex argento, trabes ex ligno: fastigium vero ex stramine & culmò, unde